



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Historiae Ecclesiasticae Pars ...

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd eo tempore interiores Indorum gentes, Frumentij & Aedesii  
captiuorum studio, Christianam fidem amplexati sunt. Cap. XXIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**



quæsitum mittit. Qui in Thebaidem profectus, quorundam monachorū indicio fit certior de loco, vbi Arsenius iam ætatem degebat. Verūm simul vt venit ad Priuem, apud quem latitabat Arsenius, ibi Arsenium neutiq̄ offendit (nam aduentu diaconi antè cognito, illum in inferiorem Aegyptum transtulerant) sed Priuem comprehensum deducit Alexandriam, & vnà cum illo Heliam vnum ex eius familiaribus, qui dicebatur Arsenium aliò transtulisse. Qui duo ad præfectum præsidiariorum militum in Aegyptum versantium adducti, confessi sunt Arsenium viuere, & apud ipsos antè delituisse, at iam in Aegypto cōmorari. De quibus rebus, vt acciderant, imperatorem certiore fieri cupiebat Athanasius. Ad quem rescripsit imperator, vt in sacerdotio diligenter fungendo perstaret, & ea, quæ ad populum ritè gubernandum, & ad colendā pietatem pertinerent, sedulo prouideret, & Meletianorū insidias pro nihilo duceret. Se nāq; exploratū habere eos inuidia inflammatos eiusmodi falsa & commentitia crimina confinxisse, atq; tumultus contra ecclesiā excitasse, & se de cætero minime permissurum, vt talia facinora admittātur, sed secundum leges ciuiles iudicium, nisi quiescant, exerciturum, & sumpturū de illis supplicium, vtpote qui non modò innocentibus iniuste tendere insidias, verūm etiam rectum ecclesiæ ordinem perturbare, & veram pietatem labefactare niterentur. Hęc scripsit imperator ad Athanasium, iussitq; epistolā in cōmuni populi conuentu legi, quò omnes ipsius voluntatem cognoscerent. Ex quo tempore Meletiani metu adducti, quietè se gesserunt: siquidem imperatoris minas nō parum sunt veriti. Itaq; ecclesia per vniuersam Aegyptū pacata, & à tam egregio episcopo administrata, indies magis magisq; creuit, quandoquidē tum ex Gentilibus, tum ex aliis sectis, non pauci ei adiecti fuerūt.

*Quòd eo tempore interiores Indorum gentes, Frumentij & Aedesii captiuorum studio, Christianam fidem amplexati sunt. CAP. XXIII.*

**S**Vb idem tempus accepimus Indos interiores (sic enim nostra memoria appellantur) ad quos doctrina & prædicatio Bartholomæi minimè peruenerat, à Frumentio



SOZOMENI HISTOR.

sacerdote & doctore sacræ disciplinæ, qua imbuuntur, fidē Christianā didicisse. Verūm vt in hoc miraculo, quod Indis accidit, intelligamus religionem Christianā nō ex hominum ingeniis inīitium cepisse, vtī quidam monstrose fabulantur, causā cur Frumentius sit sacerdos institutus explicandā est necessariō. Veteres philosophi Gētiles facile præstantissimi, vrbes & loca ignota perlustrare magnō æstimarunt. Nā sic Plato Socrātis amicus & familiaris fecisse dicitur, & in Aegyptum contendisse, quō corū vrbes, instituta & mores cognosceret. Nauigasse etiam in Siliciam, vt crateres, qui illic erant, viferet. In quibus ignis velut ex fonte sine intermissione profusus, sua sponte erūpere cernitur. Non rarō autem ita redundat, vt instar fluminis dilabatur, atq; adeo terrā depascatur vicinam, vtī ad hoc tēpus agri cōplures exusti videantur, & neq; sementē recipiant, neq; arborū consitionē, sicut de terra Sodomorū memoratur. Ad hos Crateres visendos Empedocles quoq; accessit, vir apud Gentiles propter philosophiæ scientiā admodum celebris: qui quidē rerū cognitionē, quā animo tenebat, heroico çarmine persecutus est. Hic cum de ignis eruptione hæsitaret, seu quōd hoc modo mori fatius putauit, seu istud verius dici potest, quōd ipse fortasse non nouit, cur hoc immaturo mortis genere in eo loco occubuerit, insiliit in ignē, sicq; interiit. Porro autē Democritus Cous, plurimas peruidisse vrbes, celū mutasse, peragrasse regiōes, gentes varias cognouisse, vitā in exteris nationibus ad annos octoginta traduxisse. Idem studiū fuit in aliis præterea ferē infinitis sapientibus Gentilibus, tū qui quōdā, tū qui recentiore memoria vixerunt. Quorum exemplū imitatus Meropius philosophus quidā Tyrius ex Phœnicia, ad Indos profectus est. Quem comitati sunt duo pueri, quorum alter Frumentius, Edesius alter appellatus est. Ambo illius consanguinei, & literis ab eo liberaliter instituti. Vbi autē eas vrbes & loca Indiæ, quæ cōmodē poterat obiiisset, reuertī cōstituit. Atq; nauē, quæ traiecit in Aegyptū, fortē naçtus, cū in portū quendā seu aquæ seu aliarū rerū necessariarū causā appulissent, Indi, qui illic habitabāt, accurrentes, cū ceteros omnes, tū ipsum philosophū Meropiū, rupto, quod percusserāt cū Romanis fœdere, trucidarunt. Pueros autē vt pote etate tenera miserati, viuos ad regē suū



deduxerunt. Quorū minorē natu pincernā suū fecit: maiorē nomine Frumētū familię & pecuniarū administratorē. Quippe eū & prudentē, & ad illud munus obeundū valde idoneū esse perspexit. Cū verò se ad p̄lixū tēporis spatiū tū vtilis regi, tū fideles pręstitisēt, rex iā moriēs relicta filio paruulo & cōiugi regni hęreditate, eos beneuolentię causā libertate donauit, copiāq; fecit gratę, quo in loco vel lent, transigēdi. Itaq; illi Tyrū ad suos reuerti maturarūt. At regina, quoniā filius adhuc admodū adolescēs erat, cōtendit ab illis, vti vsq; eo regnū administrēt, quoad filius ad robustā atatē perueniat. Qui reginā istud efflagitantē reueriti, tū palatiū regis, tū regnū gubernādum suscipiunt, Frumētius autē seu diuinis fortasse incitatus visionib<sup>9</sup>, seu sua spōte, nō tñ sine dei impulsioe, percōtatur ecqui essent apud Indos Christiani, aut mercatores Romani qui eò cōmearent. Atq; cum diligēter cōquirendo, quosdā ibi esse cōperisset, accersit ad se. Quos beneuolētia & humanitate summa cōplectens, fecit vt precationis causā in vnū coirēt, & more Romano cōuentus agerēt: tēplisq; extructis, hortatus est, vt deū assidue colerēt. Iā vero vbi filius regis pubesceret, eū & reginā, qui ægerrime eorū discessū ferebāt, orāt abeundi copiā: qua impetrata, decedētes inde cū gratia ad ditionē Romanā reuerterūt. Edesius cupidus visēdi suos, Tyrū redit: vbi post presbyterij gradū obtinuit. Frumentius autē itinere in Phēniciā in aliud tēpus dilato, recta Alexandriā p̄ficiscitur. Nā minime sibi rectū videbat, patriā & genus rerū diuinarū studio antepōnere. Veniens igitur cū Athanasio ecclesię Alexādrinę p̄sule in colloquiū, res apud Indos gestas exponit: docetq; Christianos, qui ibi sunt, opus habere episcopo, qui ipsis p̄sset. Athanasius, cōuocatis sacerdotib<sup>9</sup> Alexādrīā incolētib<sup>9</sup>, cū illis sup hac re inuit cōsiliū, ordinatq; Frumētū Indię episcopū: ratus eū tū maximē idoneū esse, tū posse religionē Christianā v ehemēter p̄pagare apud eos, p̄sertim, inter quos & nomē Christianorū primus predicasset, & in quorū animis fidei Christi semina inseuisset. Itaq; Frumentius reuersus ad Indos, dicitur tā insigniter sacerdotio perfunctus esse, vt eius conata omnes laudarent, non minus illum, quā apostolos admirati: quandoquidem Deus per eum multos



SOZOMENI HISTOR.

mirandum in modum sanando, signa & prodigia edendo, cum reddidit planè illustrissimum. Sed qui fuerit apud Indos sacerdotij & Christianæ religionis exorsus, ex his factis cognosci potest.

*De Concilio Tyrio & temeraria sancti Athanasii  
abdicatione. CAP. XXIII.*

**A**thanasio autè aduersarij per insidias de itegro facessere molestiã, odiũ apud imperatorẽ ei struere, & magnũ accusatorum numerũ cõtra eum comparare cõeperunt. Quorum importuno rogatu impulsus imperator, cõcilium Cæsareæ Palæstinæ cogi mandauit. Ad quod uocatus Athanasius, propterea nõ obtemperauit, quòd fraudulentum iudicium tum Eusebij illius vrbis episcopi, tum alterius Eusebij episcopi Nicomediæ, tum aliorum, quos circa se habebant, veritus est. Quare licet grauiter vrgeretur, ut id temporis eò accederet, tamen circiter menses triginta profectionem distulit. Postea autem, cum vehementius impelleretur, venit Tyrum. In qua vrbe multi episcopi orientis in vnum congregati, iubent eum criminibus obiectis respondere. Nam Callinicus episcopus, & Ischyriõ quidã ex factione Ioannis eum accusauerant, quòd calicem mysticum confregerat, quodq; solium episcopale deturbarat, & ipsum Ischyriõnem, qui erat presbyter, sæpe in carcerẽ concluserat. Quinetiam quòd nomine ipsius ad Hyginũ Aegypti præfectum falsò delato, quòd videlicet in imagines imperatoris lapides coniecerat, vinculis constringendum curauerat. Itemque quòd Callinicum, episcopum ecclesiæ catholicæ, quæ est in Pelusio, & conuentum cum Alexandro agentem propterea abdicauerat, quòd noluit alia conditione cum eo communicare, nisi de calicis mystici fractura, de qua erat in suspicionem uocatus, verum pro certo cognosceret. Præterea quòd Marco cuidam, qui fuerat presbytero abdicatus, ecclesiæ Pelusianæ gubernationem commiserat, ipsumque Callinicum à militibus custodiri, verberibus cædi, & in iudicium adduci effecerat. Porriò Euplus, Pachomius, Isaac, Achilles, & Hermegon episcopi, factionis  
Ioannis